Quelle: https://manuscripta.at/?ID=60
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

sancte regularis observancie ampliori incremento diuersa
regularia instituta cum singula p eorundem Monasteriorum
Canonicos in nouiciorum receptione probande et professione
ac cum ordine et modo faciende professionis necnon officia
et vigilias nocturni temporis ac recitationes et disciplinas
capitulares actus silencia pagenda ac Missarum officia et horas
canonicas celebrandas necnon reficiendes collaciones prandia
et cenas canonicorum ac eciam dormitiones et dormitorij custo
dias infirmorum ac et senum curas ecclesiastica sacramenta mi
stranda et exequias ac funeralia agenda et similiter cum
conspiracones vitandas Clausura monasterij et licencia illud
exeundi et extra illud negociandi vestitum et habitum cano
nicorum ac conseruacionem librorum et sigilli conuentus cum
singula officia et officiatos ipsius Monasterij aliasque cura
salubrem directorem status eorundem Monasteriorum sub
regulari canonicorum ipsorum disciplina obseruanda gerenda
facienda et exequenda prouide ordinata et edita fuerunt
prout in huiusmodi institutorum editione et sup ea confectis
capitulis que incipiunt Gloriosus deus in sanctis suis
plenius asserit contineri et licet tam in predicti ac in plu
ribus alijs dicti ordinis Monasteriis instituta huiusmodi
laudabiliter obseruent et sancta regularis obseruancia ex insti
tutis huiusmodi in eisdem Monasteriis deberent subsistere
ac tamen in diuisis pfati ordinis Monasteriis diuersa seruat
alia instituta pfati prositus et conuentus formidant
ac si dicta instituta in dicto monasterio successu temporis
cessarent vel infringerentur seu mutarentur ex hoc huius
modi regularis cesset imbi cultus Quare pro parte
dictorum prositi et conuentus nobis fuit humiliter
supplicatum ut pro huiusmodi institutorum obseruatione